



Религиозная организация Высшего религиозного образовательного учреждения  
**«Санкт-Петербургская Евангелическая Богословская Академия»**

УТВЕРЖДАЮ

\_\_\_\_\_ Майорова В.И.  
Ректор РО ВРОУ СПЕБА  
"\_\_\_\_\_" 2021 г.

**ФОНД ОЦЕНОЧНЫХ СРЕДСТВ**  
по дисциплине

**Латинский язык**

Направление подготовки  
**00.00.00**

Профиль подготовки  
**«Подготовка служителей и религиозного персонала евангельских  
вероисповеданий»  
(без базовой богословской подготовки)**

Форма обучения:  
**очно-заочная**

Санкт-Петербург  
2021

<b>I. ПЕРЕЧЕНЬ ПЛАНИРУЕМЫХ РЕЗУЛЬТАТОВ ОБУЧЕНИЯ ПО ДИСЦИПЛИНЕ (МОДУЛЮ), СООТНЕСЁННЫХ С ПЛАНИРУЕМЫМИ РЕЗУЛЬТАТАМИ ОСВОЕНИЯ ОБРАЗОВАТЕЛЬНОЙ ПРОГРАММЫ</b>				
Перечень планируемых результатов освоения образовательной программы при изучении дисциплины		Планируемые результаты обучения по дисциплине, обеспечивающие достижение планируемых результатов освоения образовательной программы		
Шифр, компетенция	Индикаторы достижения компетенции	Знать	Уметь	Владеть
УК-4: Способен применять современные коммуникативные технологии, в том числе на иностранном (ых) языке (ах), для академического и профессионального взаимодействия.	УК-4.1 Использует актуальные методы и технологии взаимодействия в академической и профессиональной сфере	основные грамматические конструкции латинского языка, характерные для богословских текстов; особенности словообразовательной системы и синтаксиса латинского языка.	оперировать лингвистической терминологией, необходимой для описания языковых фактов латинского языка; самостоятельно работать с аутентичными текстами на латинском языке, переводить их и сопровождать научным комментарием.	способностью использовать специализированные знания фундаментальных разделов классической филологии для освоения профильных теологических дисциплин; навыками самостоятельного освоения новых знаний в области новозаветных исследований.
ПК-1. Способен использовать древние языки для решения задач научно-исследовательской деятельности	ПК-1.1 Читает религиозные тексты на древних языках	лингвострановедческую информацию, касающуюся богословско - ориентированных тем; лексико - фразеологический минимум по теологии в объёме, необходимом для работы с иноязычными и русскими текстами в процессе профессиональной деятельности.	применять латинскую богословскую терминологию; перевести текст богословского характера, учитывая лексико-грамматические особенности, как латинского, так и русского языка.	приёмами самостоятельной работы с языковым материалом (лексикой, грамматикой, фонетикой) с использованием справочной и учебной литературы; способностью использовать специализированные знания фундаментальных разделов классической филологии для освоения профильных теологических дисциплин.

  

<b>II. КОНТРОЛЬНЫЕ ЗАДАНИЯ И ИНЫЕ МАТЕРИАЛЫ ОЦЕНКИ знаний, умений, навыков и (или) опыта деятельности, характеризующие этапы формирования компетенции в процессе освоения дисциплины</b>				
Индикаторы компетенций	Оценочные средства текущего контроля		Оценочные средства промежуточного контроля	
УК-4.1 Использует актуальные методы и технологии взаимодействия в академической и профессиональной сфере	Вопросы КТ 1	Вопросы КТ 2	Контрольные вопросы к экзамену	
ПК-1.1 Читает религиозные тексты на древних языках	Вопросы КТ 1	Вопросы КТ 2	Контрольные вопросы к экзамену	

## 2.1 Контрольные вопросы и задания для текущей аттестации

Контрольный опрос (в 1 семестре):

1. Этапы развития латинского языка.
2. Формирование и расцвет классического латинского языка.
3. Латинские дериваты в русском языке.
4. Влияние латинского языка на формирование новых европейских языков (особенно романских) и на образование международной общественно-политической и научной терминологии.
5. Латинский алфавит и его происхождение.
6. Два типа произношения (традиционный и классический) букв и фонем латинского языка.
7. Долгие и краткие гласные. Дифтонги и их классическое и традиционное произношение. Согласные. Произношение буквосочетаний qu, ngu, ti, su, rh, th, ph, ch. Слогораздел и правило muta cum liquida. Количество слога.
8. Ударение. Музыкальность латинского ударения в эпоху Античности. Зависимость ударения от количества предпоследнего слога в слове.
9. Образуйте 4-ю форму глагола и обозначьте долготу или краткость конечного гласного основы: abrogo, admoveo, apprehendo, aperio.
10. Определите падежные формы существительных мужского и женского рода, образуйте их именительный и родительный падежи единственного числа: causae, campum, campos, linguam.
11. Проспрягайте в Praesens indicativi active et passivi глаголы: spero 1, rideo 2, duco 3a, aspicio 3б, erudio 4.
12. Переведите предложения: A Romanis castra saepe in bello ponuntur. Primum a tribuno locus idoneus eligitur, ubi aqua et cibus facile inveniuntur. Deinde quadratum spatium signatur et munitur. In mediis castris multa tabernacula ponuntur. Impedimenta et spolia cumulantur. In castris munitis custodiae per vallum disponuntur. Si inimici vallo appropinquant, statim a custodiis cernuntur. Signum tuba extempro datur. Itaque copiae securae in castris dormiunt.
13. Переведите предложения: Primum antiquum theatrum Athenis saeculo sexto ante Christi natum aedificabant. Id theatrum fanum Dionysi erat. In medio theatro erat orchestra, ubi tragoeiae agebantur. Ante orchestram aedificium erat, quod scaena appellabatur. Incolae sedebant in clivo et spectabant tragoeidas. Ea loca, ubi urbani sedebant, theatrum nominabantur. In orchestra tragoeiae agebantur et chori cantabant. In scaena autem tum variae machinae habebantur. Auxilio earum machinarum imprimis dei vel deae apparebant.
14. Переведите предложения: Titus Quintum filium et Corneliam filiam habet. Liberos valde amat, sed praecipue filium diligit. Cornelia mane domi manet. Quintus autem in ludum properat et Titus una venit. In ludo cum filio sedet. Etiam amici Quinti in ludum conveniunt. Loculos cum tabulis humeris portant. Ludum Flavus exercet. Hodie Titi filium numeros docet.
15. Переведите предложения: In campo sum. Campum niveum video. In campo niveo sub divo1 esse iuvat. Ecce lupi per campum currunt. Rivum transcurrere student. Aquae enim iam conglaciant. Subito lupus lepusculum parvum videt. Lepusculus albus est. In albo album non videtis. Sed luporum oculi etiam albos lepusculos in niveis campis cernunt. Et lepusculus quoque lupum canum conspicit et evitare studet.
16. Переведите предложения: Iulia et Tullia, Iuliae amica, per silvam ambulant, platanos populos ulmos magnas, in terra varias parvas bestiolas conspiciunt, sonos silvae audiunt. Cantant ubique turdi, fritinniunt cicadae. Puellae sub ulmo alta consistunt et sursum spectant. In lata ulmi corona multae picae inter ramos circum nidos volitant, muscas captant, cibum alumnis portant. Mox picum puellae audiunt atque oculis quaerunt.
17. Переведите предложения: Fortunam beatam laudatis, fortunam malam de miseriis saepe accusatis. Itaque fortunam quasi dominam vitae humanae putatis. Si ita cogitas, erras. Fortunam, credo, deam non putas. Num Fortunae deae gratiam conciliare optas? Per Fortunam numquam iuras. Fortunae sacrificare non desideras. Et recte quidem: Fortuna dea pagana est, nos autem nec Graecorum nec Romanorum deos colimus.
18. Переведите предложения: Quis est Vergilius? Poeta Romanus, Augusti necessarius. E numero poetarum Latinorum primum Vergilium colere oportet. Est enim poeta varius, qui de variis causis aequa bene scribit. De vita Romae agraria de nautis antiquis de bellis et armis e scriptis Vergilii multum cognoscimus. Initia historiae Romanae describit. Aeneam canit, qui ab oris Troiae in Italiam venit. Multa pericula evitat, quia deos colit et fato suo paret.
19. Переведите предложения: Publius colonus, vir laboriosus nec non pius, cum ex agris venit, pro agrorum opulentia rusticae Floraе sacrificare ante cenam solet. Caprum sine vitio pulchrum arae alligat. Inde in stabulum properat atque e numero iumentorum vitulum haud macrum et iuvencam albam minimel taetram elitit. Inferis nigras hostias immolare fas est, superis albas. Tota viri familia ad sacram caerimoniam convenit.
20. Переведите предложения: Magister discipulo: "Scribe bene, Marce! Lege clare! Ad litteras animum attende!" Discipulus magistro: "Scripta intellegere nequeo. Ignosce, domine! Caput mihi dolet. Aeger sum." Magister: "Tibi credere nolo. Falsa dicis. Non aeger es, sed piger. Cur pensa non absolvis? Responde nobis!" Discipulus: "Pudet me et inertiae et ignaviae meae. Sed perardua pensa semper nobis propoenis, domine. Nos quidem Latine sic pure, ut tu, nec legimus nec scribimus."

Контрольный опрос (в 1 семестре):

1. Важнейшие фонетические законы: ассимиляция согласных, ротацизм, редукция краткого гласного.
2. Грамматические категории имени существительного.
3. Практическая и историческая основы имени существительного.
4. Система прилагательных в латинском языке.
5. Супплетивность падежных форм личных местоимений.
6. Что такое первичная основа латинского глагола?

7. Что называется основой настоящего времени и как она определяется
8. Назовите глаголы, первичная основа которых совпадает с основой настоящего времени.
9. Существительные м.ж. и ж.р. 1-го склонения.
10. Существительные м.р. и ж.р. 2-го склонения.
11. Склонение существительных *vis f* ‘сила’ и *vicis f* ‘перемена’.
12. Настоящее время изъявительного наклонения действительного и страдательного залогов глаголов 1-4-го спряжений.
13. Определите падежные формы местоимений и местоименных прилагательных. Дайте их начальные формы.
14. Переведите на русский язык. *Toti, illa, ullis, istae, soli*.
15. Определите по личным окончаниям лицо и число глагола, его спряжение, образуйте его основные формы.
16. Переведите анализируемые формы на русский язык, употребив соответствующее личное местоимение: *audiunt, concipio, dat, agunt, debes, erras, capiunt*.
17. Просклоняйте словосочетания: *nauta peritus, vir laboriosus*.
18. Переведите анализируемые формы на русский язык, употребив соответствующее личное местоимение: *habent, laborant, laudat, rapit, sentio, tenes, vivunt, videt*.
19. Переведите предложения: *Autumnus a poetis saepe laudatur. Autumno universa natura commutatur. Horti silvaeque purpura et auro vestiuntur. Folia flava et rubra ubique sicut stragulum iacent. Primo autumno, nisi pluit, placet nobis per campos ambulare. Placet interdum prope silvam in foliis tamquam in lectulo dormire. Placet etiam horto manere et sub caelo libero librum legere. Caelum interdiu et praecipue noctu serenum est.* Переведите предложения: *Si morbo afficeris, necesse est a medico inspici. A virus medicinae peritis remedia necessaria nobis dantur. Consilis medicorum utimur. Medicinam, etsi non est iucunda, patimur. Nam e morbo recreari cupimus. Vulgus tamen incultum a medicis visi recusat. Multi viri indocti et imperiti, sed nimiae confidentiae sui pleni, amicos aegros sanare conantur.*

Переведите предложения: *Vinum virus nocere existimatur. Vinolentia morbus perniciōsus vitiumque nefarium esse putatur. Ebriōsi in convivia honesta venire prohibentur. Taedet nos vinolenti viri, qui vinum redolet, magna loquitur, stultitiam suam prae se fert. «Fer vinum!» clamat, desistere nequit. Quod in animo sobrios, ebrios in lingua habere dicitur. Quod tamen dictum falsum esse videtur. Mero enim animum ad inepta irritari appetit.*

## 2.2 Контрольные вопросы и задания для промежуточной аттестации

Контрольные вопросы к экзамену в 1 семестре:

1. Переведите текст:

*Consumetur nequitia peccatorum, et diriges iustum: scrutans corda et renes Deus.*

*Iustum adiutorium meum a Domino: qui salvos facit rectos corde.*

*Deus iudex iustus, fortis, et patiens: numquid irascitur per singulos dies?*

2. Дайте грамматическую характеристику форм:

1. *Consumetur*

2. *diriges*

3. *adiutorium*

4. *facit*

5. *irascitur*

3. Переведите текст:

*Et in eo paravit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.*

*Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem: et peperit iniquitatem.*

*Lacum aperuit, et effodit eum: et incidit in foveam, quam fecit.*

4. Дайте грамматическую характеристику форм:

1. *eo*

2. *mortis*

3. *ardentibus*

4. *aperuit*

5. *foveam*

5. Переведите текст: *Parce mihi Domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, et subito probas illum.*

6. Дайте грамматическую характеристику форм:

1. *Parce*

2. *dies*

3. *magnificas*

4. *Visitas*

5. *probas*

7. Переведите текст: *Taedet animam meam vitae meae, dimittam adversum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animae meae: Dicam Deo, noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices.*

8. Дайте грамматическую характеристику форм:

1. *animam*

2. *Loquar*

3. *amaritudin*

4. *Dicam*

5. *condemnare*

9. Переведите текст: Manus tuae Domine fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente praecipitas me? Memento, quaeso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me.
10. Дайте грамматическую характеристику форм:
1. Manus
  2. fecerunt
  3. circuitu
  4. Memento
  5. pulverem
11. Переведите текст: Verba mea auribus percipe Domine intellege clamorem meum. Intende voci orationis meae rex meus et Deus meus, quoniam ad te orabo Domine mane exaudies vocem meam.
12. Дайте грамматическую характеристику форм:
- 1.Verba
  - 2.percipe
  - 3.intellege
  - 4.meae
  - 5.orabo
13. Переведите текст: Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo.
- 14.Дайте грамматическую характеристику форм:
1. furore
  2. corripias
  3. Miserere
  4. conturbata
  5. valde
15. Переведите текст: Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit. Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur, et erubescant valde velociter.
16. Дайте грамматическую характеристику форм:
1. Exaudivit
  2. deprecationem
  3. conturbentur
  4. erubescant
  5. inimici
17. Переведите текст: Domine Deus meus in te speravi: salvum me fac ex omnibus persequentiibus me, et libera me. Nequando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat. Domine Deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.
18. Дайте грамматическую характеристику форм:
1. speravi
  2. omnibus
  3. libera
  4. faciat
  5. iniquitas
19. Переведите текст: Exsurge Domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exsurge Domine Deus meus in praeserto, quod mandasti: et synagoga populorum circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.
20. Дайте грамматическую характеристику форм:
1. Exsurge
  2. exaltare
  3. inimicorum
  4. mandasti
  5. iudicat
21. Переведите. Et ipse quam plurimis vitae prioris erroribus implicitus tenebar, quibus exui me posse non crederem, sic vitiis adhaerentibus obsecundans eram, et desperatione meliorum, malis meis veluti jam propriis ac vernaculis offavebam. Sed postquam undae genitalis auxilio superioris aevi labe detersa in expiatum pectus serenum ac purum desuper se lumen infudit, postquam caelitus spiritu hausto in novum me hominem nativitas secunda reparavit, mirum in modum protinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa, facultatem dare quod prius difficile videbatur, geri posse quod impossibile putabatur, ut esset agnoscere terrenum fuisse quod prius carnaliter natum delictis obnoxium viveret, Dei esse coepisse quod jam Spiritus Sanctus animaret. Киприан Карфагенский.
22. Переведите. Dubitari a quibusdam solet a quo spiritu sit Jesus ductus in desertum, propter hoc quod subditur: Assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem. Et rursum: Assumpsit Eum in montem excelsum valde (Mat. 4, 5.8) . Non est ergo indignum Redemptori nostro quod tentari voluit, qui venerat occidi. Justum quippe erat ut sic tentationes nostras Suis temptationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat Sua morte superare. Sed sciendum nobis est quia tribus modis tentatio agitur, suggestione, delectatione et consensu. Et nos cum tentamur, plerumque in delectationem, aut etiam in consensum labimur, quia de carnis peccato propagati, in nobis ipsis etiam gerimus unde certamina toleremus. Deus vero Qui, in utero Virginis incarnatus, in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis in Semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed Ejus

- mentem peccati delectatio non momordit. Atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris non intus fuit. Григорий I Великий.
23. Переведите. Debetis scire quid accepistis, quid accepturi estis, quid quotidie accipere debeatis. Panis ille quem videtis in altari, sanctificatus per verbum Dei, Corpus est Christi. Calix ille, imo quod habet calix, sanctificatum per verbum Dei, Sanguis est Christi. Per ista voluit Dominus Christus commendare Corpus et Sanguinem Suum, quem pro nobis fudit in remissionem peccatorum. Si bene accepistis, vos estis quod accepistis. Apostolus enim dicit: Unus panis, unum corpus, multi sumus (1 Cor. 10,17). Sic exposuit sacramentum mensae Dominicæ: Unus panis, unum corpus, multi sumus. Commendatur vobis in isto pane quomodo unitatem amare debeatis. Numquid enim panis ille de uno grano factus est? Nonne multa erant tritici grana? Sed antequam ad panem venirent, separata erant: per aquam conjuncta sunt, et post quamdam contritionem. Августин Аврелий.
24. Переведите. Per scabellum terra intelligitur: per terram autem caro Christi, quam hodieque in mysteriis adoramus, et quam Apostoli in Domino Iesu, ut supra diximus, adorarunt neque enim divisus est Christus, sed unus (1 Cor. 1, 13): neque cum adoratur tamquam Dei Filius, natus ex Virgine denegatur. Cum igitur incarnationis adorandum sit sacramentum, incarnatione autem opus Spiritus, sicut scriptum est: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi et quod nasceretur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei (Luc. 1, 35): haud dubie etiam Sanctus Spiritus adorandus est quando adoratur Ille, Qui secundum carnem natus ex Spiritu Sancto est. Ac ne quis hoc derivet ad Mariam virginem: Maria erat templum Dei, non Deus templi. Et ideo Ille solus adorandus, Qui operabatur in templo. Амвросий Медиоланский.
25. Переведите. Quoniam non est invenire nomen dignum Deo, ab iis quae scimus nominamus Deum habentes in intellectu, quoniam non proprie nominamus nec appellamus, quemadmodum dicimus: Vivit Deus, intelligit Deus. Proinde a nostris actionibus nominamus actiones Dei, existente tamen Illo super omnian neque tantum existente, sed quasi existente Isto etiam modo substantiam, existentiam, et cetera hujusmodi apponimus Deo, et Ejus essentiae aliter dicimus, aliter se habente substantia creata ad quod inest sibi, et ad suum etiam esse. Марий Викторин.
26. Переведите. Christianus mihi nomen est, Catholicus vero cognomen. Illud me nuncupari istud ostendit: hoc probor, inde significor. Et si reddenda postremo Catholici vocabuli ratio est, et exprimenda de Graeca interpretatione Romana: Catholicus, ubi unum, vel, ut doctiores putant, oboedientia omnium nuncupatur, mandatorum scilicet Dei. Unde Apostolus: Si in omnibus oboedientes estis (2 Cor. 2, 9). Et iterum: Sicut enim per inoboedientiam unius peccatores constituti sunt multi: sic per dicto audientiam unius, justi constituentur multi (Rom. 5, 19). Ergo qui Catholicus, idem justi oboediens. Qui oboediens, idem est Christianus: ita Catholicus, Christianus est. Quare ab haeretico nomine noster populus hac appellatione dividitur, cum Catholicus nuncupatur. Пакиан Барселонский.
27. Переведите. Licet enim pronuntiemus nonnullas esse spiritales naturas, ut sunt Angeli, Archangeli ceteraque Virtutes, ipsa quoque anima nostra, vel certe aer iste subtilis, tamen incorporeae nullatenus aestimanda sunt. Habent enim secundum se corpus quo subsistunt, licet multo tenuius quam nos. Nam sunt corpora secundum Apostoli sententiam ita dicentis: Et corpora caelestia et terrestria (1 Cor. 15, 40), et iterum: Seminatur corpus animale, exsurgit corpus spiritale (1 Cor. 15, 44). Quibus manifeste colligitur nihil esse incorporeum, nisi solum Deum, et idcirco ipsi tantummodo posse penetrabiles omnes spiritales atque intellectuales esse substantias, eo quod solus totus et ubique et in omnibus sit, ita ut et cogitationes hominum et internos motus atque abdita mentis universa inspiciat atque perlustret. Иоанн Кассиан Римлянин.
28. Переведите. Certe ne quis possit errare, sequatur ea quibus Scriptura Sancta, ut intelligere possimus Filium, significavit. Verbum dicitur, Filius dicitur, Dei virtus dicitur, dicitur Dei sapientia. Verbum, quia immaculatus: virtus, quia perfectus Filius, quia genitus ex Patre: sapientia, quia unum cum Patre, unum aeternitate, unum Divinitate. Non enim Pater Ipse, Qui Filius: sed inter Patrem et Filium generationis expressa distinctio est ut ex Deo Deus, ex manente manens, plenus e pleno sit. 17. Non sunt igitur haec nuda nomina, sed operaticis virtutis indiciah est enim plenitudo Divinitatis in Patre, est plenitudo Divinitatis in Filio, non discrepans, sed una Divinitas. Nec confusum, quod unum est: nec multiplex, quod indifferens. Амвросий Медиоланский.
29. Переведите. Cum moneat Dominus et dicat: Vos estis sal terrae (Mat. 5, 13), cumque esse nos jubeat ad innocentiam simplices, et tamen cum simplicitate prudentes (cf. Mat. 10, 16), quid aliud, fratres dilectissimi, quam providere nos convenit et sollicito corde vigilantes subdoli hostis insidias intelligere pariter et cavere, ne qui Christum sapientiam Dei Patris induimus, minus sapere in tuenda salute videamur? Neque enim persecutio sola metuenda est et ea, quae subruendis ac dejiciendis Dei servis aperta impugnatione grassantur. Facilior cautio est, ubi manifesta formido est, et ad certamen animus ante praestruitur, quando se adversarius confitetur. Plus metuendus est et cavendus inimicus, cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit unde et nomen serpentis accepit. Ea est ejus semper astutia, ea est circumveniendi hominis caeca et latebrosa fallacia. Sic ab initio statim mundi febellit, et verbis mendacibus blandiens rudes animas incauta credulitate decepit. Dominum Ipsum tentare conatus, quasi obreperet rursus et falleret, latenter accessit. Intellectus tamen est et retusush et ideo prostratus, quia agnitus atque detectus. Киприан Карфагенский.
30. Переведите. Eum Qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Deum dicit Patrem peccatum fecisse Filium Suum Christum, Eum utique Qui peccatum nesciebat, id est, Qui non peccaverath quia factus caro non immutatus, sed incarnatus factus est peccatum sicut qui fit praefectus, non amittit quod erat, sed assumit utique quod non erat. Homo ergo factus est Christus causa peccati, Quem non tangebat sors, neque dignitas nasci hominem. Propter quod autem omnis caro sub peccato est, ideo factus caro, factus est etiam peccatum. Et quoniam oblatus est pro peccatis, non immerito peccatum factus dicitur quia et hostia, in lege, quae pro peccatis offerebatur, peccatum nuncupabatur. Ut nos essemus justitia Dei per Ipsum, Qui peccatum nesciebat, dicente Esaia: Qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore Ejus (Es. 53, 9), quasi peccator occisus est, ut peccatores justificantur apud Deum in Christo. Амброзиастер.
31. Переведите. Non ergo damno aliquo, aut injuria Divinitatis Christus in carne patitur sed ut per infirmitatem carnis operaretur salutem, Divina natura in mortem per carnem descendit, non ut lege mortalium detineretur a morte, sed ut per Ses resurrecturus januas mortis aperiret. Velut si quis rex perget ad carcerem, et ingressus aperiat januas, resolvat catenas, vincula, seras et claustra comminuat, et educat vincitos in remissionem, et eos qui sedent in tenebris et in umbra mortis, luci ac vitae restituant (cf. Luc. 1,79). Dicitur ergo rex fuisse quidem in carcere, non tamen ea condicione, qua fuerant ceteri, qui tenebantur in

carcere, sed illi quidem ut poenas solverent, hic vero ut absolveret poenas. Руфин Аквилейский.

32. Переведите. Adversum omnes (sc. haereticos et diversas sectas) tamen generalis ista est fides, quia Christus est Dei Filius, et sempiternus ex Patre, et natus ex Maria virgine. Quem quasi gigantem sanctus David propheta describit, eo quod biformis geminaeque naturae unus sit consors Divinitatis et corporis: Qui tamquam sponsus, procedens de thalamo suo, exsultavit tamquam gigas ad currēdam viam (Ps. 18, 6). Sponsus animae secundum Verbum: gigas terrae, quia usus nostri officia percurrent, cum Deus semper esset aeternus, incarnationis sacramenta suscepit, non divisus, sed unus, quia utrumque unus, et unus in utroque, hoc est, vel Divinitate vel corpore: non enim alter ex Patre, alter ex Virgine, sed idem aliter ex Patre, aliter ex Virgine. Generatio generationi non praejudicat, nec caro Divinitati. . Ergo et moriebatur secundum nostrae susceptionem naturae, et non moriebatur secundum aeterne substantiam vitae: et patiebatur secundum corporis susceptionem ut suscepti corporis veritas crederetur: et non patiebatur secundum Verbi impassibilem Divinitatem, quod totius exsors doloris est. Амвросий Медиоланский.

33. Переведите. Propter quod diligenter de traditione Divina et Apostolica observatione servandum est et tenendum quod apud nos quoque et fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui praepositus ordinatur, episcopi ejusdem provinciae proximi quique convenient, et episcopus deligitur plebe praesente, quae singulorum vitam plenissime novit et uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit. Quod et apud vos factum videmus in Sabini collegae nostri ordinatione, ut de universae fraternitatis suffragio et de episcoporum qui in praesentia convenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, iudicio episcopatus ei deferretur et manus ei in locum Basilidis imponeretur. Кирилл Карфагенский.

34. Переведите. Benedictio Domini in aeternum maneat super vos: fiat, fiat. Amemus Dominum Deum nostrum, amemus Ecclesiam Ejus: Illum sicut patrem, Istam sicut matrem Illum sicut dominum, Hanc sicut ancillam Ejus quia filii ancillae Ipsius sumus. Sed matrimonium hoc magna caritate compaginatur: nemo offendit unum, et promeretur alterum. Nemo dicat: "Ad idola quidem vado, arreptitos et sortilegos consul". sed tamen: "Dei Ecclesiam non relinquam catholicus sum. Tenens matrem, offendisti patrem". Alius item dicit: "Absit a me non consul sortilegum, non quaero arreptitum, non quaero divinationes sacrilegas, non eo ad adoranda daemonia, non servio lapidibus: sed tamen in parte Donati sum". Quid tibi prodest non offensus Pater, qui offensam vindicat matrem? quid prodest si Dominum confiteris, Deum honoras, Ipsum praedicas, Filium Ejus agnoscis, sedentem ad Patris dexteram confiterish et blasphemas Ecclesiam Ejus? Tenete ergo, carissimi, tenete omnes unanimiter Deum patrem, et matrem Ecclesiam. Августин Аврелий.

35. Переведите. Cum dicimus Deum Patrem et Deum Filium, non diversum dicimus nec Utrumque secernimus quia nec Pater sine Filio esse potest, nec Filius a Patre secerni, si quidem nec Pater sine Filio nuncupari, nec Filius potest sine Patre generari. Cum igitur et Pater Filium faciat, et Filius Patrem, una Utique mens, unus spiritus, una substantia est: sed Ille quasi exuberans fons est, Hic tamquam defluens ex eo rivus Ille tamquam sol, Hic quasi radius a sole porrectus. Qui quoniam summo Patri et fidelis et carus est, non separatur, sicut nec rivus a fonte, nec radius a sole quia et aqua fontis in rivo est, et solis lumen in radio: aequa nec vox ab ore sejungi nec virtus, aut manus a corpore divelli potest. Cum igitur a prophetis idem manus Dei et virtus et sermo dicatur, utique nulla discretio est, quia et lingua sermonis ministra, et manus, in qua est virtus, individuae sunt corporis portiones. Лактанций.

36. Переведите. Ergo ex nobis accepit, quod proprium offerret pro nobis, ut nos redimeret ex nostro: et quod nostrum non erat, ex Suo nobis Divina Sua largitate conferret. Secundum naturam igitur Se obtulit nostram, ut ultra nostram operaretur naturam. De nostro sacrificium, de Suo praemium est: multaque in Eodem et secundum naturam invenies, et ultra naturam. Secundum condicionem etenim corporis in utero fuit, natus est, lactatus est, in praesepio est collocatus, sed supra condicionem Virgo concepit, Virgo generavit: ut crederes quia Deus erat, Qui novabat naturam et homo erat, Qui secundum naturam nascebatur ex homine. Амвросий Медиоланский.

37. Переведите. Non creditis gesta haec (i.e. miracula Christi). Sed qui ea conspicati sunt fieri, et sub oculis suis viderunt agi, testes optimi, certissimique auctores, et crediderunt haec ipsi, et credenda posteris nobis haud exilibus cum approbationibus tradiderunt. Quinam isti sunt, fortasse quereritis? Gentes, populi, nationes, et incredulum illud genus humanum: quod, nisi aperta res esset, et luce ipsa, quemadmodum dicitur, clarior, numquam rebus hujusmodi credulitatis suae commodaret assensum. At numquid dicemus illius temporis homines usque adeo fuisse vanos, mendaces, stolidos, brutos, ut, quae numquam viderant, vidiisse se fingerent? et quae facta omnino non erant, falsis proderent testimonios, aut puerili assertione firmarent? cumque possent vobiscum et unanimiter vivere, et inoffensas ducere conjunctiones, gratuita susciperent odia, et execrabiliter haberentur in nomine? Арнобий.

38. Переведите. Venimus autem et ad civitatem quamdam Thebaidis, nomine Oxyrynchum, in qua tanta religionis deprehendimus bona, ut ea nemo digne valeat enarrare. Repletam namque eam monachis intrinsecus vidimus, et extrinsecus omni ex parte circumdatam. Aedes publicae (si qua in ea fuerant) et templa superstitionis antiquae, habitationes nunc erant monachorum, et per totam civitatem multo plura monasteria quam domus videbantur. Sunt autem in ipsa urbe, quia est ampla valde et populosa, duodecim ecclesiae, in quibus publicus agitur populi conventus, exceptis monasteriis, in quibus per singula orationum domus sunt. Sed nec portae ipsae, nec turres civitatis, aut ullus omnino angulus ejus monachorum habitationibus vacat, quique per omnem partem civitatis, die ac nocte hymnos ac laudes Deo referentes, urbem totam, quasi unam Dei Ecclesiam faciunt. Руфин Аквилейский.

39. Переведите. Petrus doluit et flevith quia erravit ut homo. Non invenio quid dixerit, invenio quod fleverit: lacrimas ejus lego, satisfactionem non lego: sed quod defendi non potest, ablui potest. Lavent lacrimae delictum, quod voce pudor est confiteri. Et veniae fletus consulunt, et verecundiae. Lacrimae sine horrore culpam loquuntur: lacrimae crimen sine offensione verecundiae confitentur: lacrimae veniam non postulant, et merentur. Inveni cur tacuerit Petrus, ne tam cito veniae petitio plus offenderet. Ante flendum est, sic precandum. Bonae lacrimae, quae lavant culpam. Denique quos Iesus respicit, plorant. Negavit primo Petrus, et non flevith quia non respexerat Dominus. Negavit secundo, non flevith quia adhuc non respexerat Dominus. Negavit et tertio, respexit Iesus, et ille amarissime flevit. Respicere, Domine Iesu, ut sciamus nostrum deflere peccatum, lavare delictum. Unde

etiam lapsus sanctorum utilis: nihil mihi nocuit quod negavit Petrus, profuit quod emendavit. Амвросий Медиоланский.

40. Переведите. Nonnulli autem falsorum prophetarum vaticinio illecti, de quibus et veri prophetae et Ipse praedixerat, exciderunt a doctrina Dei et traditionem veram reliquerunt. Sed illi omnes, daemoniacis fraudibus irretiti, quas prospicere et cavere debuerant, Divinum nomen et cultum per imprudentiam perdiderant. Cum enim Phryges aut Novatiani aut Valentiniani aut Marcionitae aut Anthropiani aut Ariani, seu quilibet alii nominantur, Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amissio humana et externa vocabula induerunt. Sola igitur Catholica Ecclesia est, quae verum cultum retinet. Hic est fons veritatis, hoc domicilium fidei, hoc templum Dei, quo si quis non intraverit, vel a quo si quis exiverit, a spe vitae ac salutis aeternae alienus est. Neminem sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enim de vita et salute: cui nisi caute ac diligenter consulatur, amissa et extincta erit. Sed tamen, quia singuli quique coetus haereticorum se potissimum Christianos, et suam esse Catholicam Ecclesiam putant, sciendum est illam esse veram, in qua est confessio et paenitentia, quae peccata et vulnera, quibus subjecta est imbecillitas carnis, salubriter curat. Лактанций.

41. Переведите. In vigiliis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu Sancto, in caritate non facta (2 Cor. 6, 6). In qua conjugatione virtutum evidentissime (Apostolus) nos voluit erudire, de vigiliis atque jejuniis ad castitatem, de castitate ad scientiam, de scientia ad longanimitatem, de longanimitate ad suavitatem, de suavitate ad Spiritum Sanctum, de Spiritu Sancto ad caritatis non factae praemia pervenire. Cum igitur hac disciplina atque hoc ordine tu quoque perveneris ad scientiam spiritalem, habebis procul dubio, sicut diximus, nec sterilem, nec inertem, sed vivam fructuosamque doctrinam, semenque salutaris verbi, quod cum a te fuerit audientium cordibus commendatum, subsequens Spiritus Sancti imber largissimus fecundabit, ac secundum id quod pollicitus est Prophetae, dabitur pluvia semini tuo, ubicunque seminaveris in terra, et panis frugum terrae tuae erit uberrimus et pinguis (Is. 30, 23). Иоанн Кассиан Римлянин.

42. Переведите. Sicut illud quod dictum est, Omnes in Christo vivificabuntur, cum tam multi aeterna morte puniantur, ideo dictum est, quia omnes quicunque vitam aeternam percipiunt, non percipiunt nisi in Christo ita quod dictum est: Omnes homines vult Deus salvos fieri, cum tam multos nolit salvos fieri, ideo dictum est, quia omnes qui salvi fiunt, nisi ipso volente non fiuntur et si quo alio modo illa verba Apostolica intelligi possunt, ut tamen huic apertissimae veritati, in qua videmus tam multos, volentibus hominibus, sed Deo nolente, salvos non fieri, contraria esse non possint. Августин Аврелий.

43. Переведите. Sed si generis Christus humani, inquit, Conservator advenit, cur omnino non omnes aequali munificentia liberat? Non aequaliter liberat, Qui aequaliter omnes vocat? aut ab indulgentia principali quemquam repellit, aut respuit, Qui sublimibus, infimis servis, feminis, pueris, uniformiter potestatem veniendi ad Se facit? Patet, inquit, omnibus fons vitae, neque ab jure potandi quisquam prohibetur, aut pellitur. Si tibi fastidium tantum est, ut oblati respuas beneficium muneris, quin immo si tantum sapientia praevalens, ut ea, quae offeruntur a Christo, ludum atque ineptias nomines: quid invitans in te peccat, Cujus solae sunt hae partes, ut sub tui juris arbitrio fructum Suae benignitatis exponat? Арнобий.

44. Переведите. Oportet, in ea re (religiosa) maxime in qua vitae ratio versatur, sibi quemque confidere, suoque judicio ac propriis sensibus magis niti ad investigandam et perpendendam veritatem, quam credentem alienis erroribus decipi tamquam ipsum rationis expertem. Dedit omnibus Deus pro virili portione sapientiam, ut et inaudita investigare possent, et audita perpendere. Nec quia nos illi temporibus antecesserunt, sapientia quoque antecesseruntur quae si omnibus aequaliter datur, occupari ab antecedentibus non potest. Illibabilis est tamquam lux et claritas solis, quia ut sol oculorum, sic sapientia lumen est cordis humani. Quare cum sapere, id est veritatem quaerere, omnibus sit innatum, sapientiam sibi adimunt, qui sine ullo judicio inventa majorum probant et ab aliis pecudum more ducuntur. Лактанций.

45. Переведите. Plenum est (Baptisma), si Patrem et Filium Spiritumque Sanctum fatearis. Si unum neges, totum subrues. Et quemadmodum si unum in sermone comprehendas, aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum Sanctum fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum Sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum: ita etiam quamvis et Patrem, et Filium, et Spiritum dicas, et aut Patris, aut Filii, aut Spiritus Sancti minus potestatem, vacuum est omne mysterium. Denique et illi ipsi qui dixerant: Nec si Spiritus Sanctus sit audivimus, baptizati sunt postea in nomine Domini Iesu Christi (Act. 19, 5). Et hoc abundavit ad gratiam quia jam Spiritum Sanctum, Paulo praedicante, cognoverant. Амвросий Медиоланский.

46. Переведите. Hac enim condicione gignimur, ut generanti nos Deo justa et debita obsequia praebeamus, Hunc solum noverimus, Hunc sequamur. Hoc vinculo pietatis obstricti Deo et religati sumus unde ipsa religio nomen accepit, non ut Cicero interpretatus est, a relegendi, qui in libro De natura deorum secundo ita dixit: «Non enim philosophi solum, verum etiam majores nostri superstitionem a religione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur et immolabant, ut sui sibi liberi superstites essent, superstitionis sunt appellati. Qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, retractarent et tamquam relegerent, ii dicti sunt religiosi, ex religendo, tamquam ex eligendo elegantes et ex deligendo diligentes et intelligendo intelligentes. His enim verbis omnibus inest vis legendi eadem, quae in religioso: ita factum est in superstитioso et religioso, alterum vitii nomen, alterum laudis». Лактанций.

47. Переведите. Ut autem hujus inenarrabilis gratiae per totum mundum diffunderetur effectus, Romanum regnum Divina providentia praeparavit cuius ad eos limites incrementa perducta sunt, quibus cunctarum undique gentium vicina et contigua esset universitas. Disposito namque divinitus operi maxime congruebat, ut multa regna uno confoederarentur imperio, et cito pervios haberet populos praedicatio generalis, quos unius teneret regimen civitatis. Haec autem civitas ignorans suaе provectionis auctorem, cum pene omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus, et magnam sibi videbatur suscepisse religionem, quia nullam respuerat quantum erat per diabolum tenacius illigata, tantum per Christum est mirabilius absoluta. Лев I Великий.

48. Переведите. Quis haec (sc. librum Iob) scripserit, valde supervacue quaeritur, cum tamen auctor libri Spiritus Sanctus fideliter credatur. Ipse igitur haec scripsit, Qui scribenda dictavit. Ipse scripsit, Qui et in illius opere Inspirator exstitit, et per scriptentis vocem imitanda ad nos ejus facta transmisit. Si magni cujusdam viri susceptis epistolis legeremus verba, sed quo calamo fuissent scripta quaereremus, ridiculum profecto esset epistolaram auctorem scire sensumque cognoscere, sed quali calamo earum verba impressa fuerint indagare. Cum ergo rem cognoscimus, ejusque rei Spiritum Sanctum auctorem tenemus,

quia scriptorem quaerimus, quid aliud agimus, nisi legentes litteras, de calamo percontamur? Григорий I Великий.

49. Переведите. Cum Ecclesia a Domino instituta et ab Apostolis confirmata una omnium sit, ex qua se diversarum impietatum furens error abscederith nec negari possit, ex vitio malae intellegentiae, fidei extitisse dissidium, dum, quod legitur, sensui potius coaptatur, quam lectioni sensus obtemperat: tamen dum sibi partes singulae adversantur, non solum suis, sed adversantium est intellegenda doctrinash ut dum adversum unam eam omnes sunt, impiissimum tamen errorem omnium per id, quod sola est atque una confutet. Haeretici igitur omnes contra Ecclesiam veniunt: sed dum haeretici omnes se invicem vincunt, nihil tamen sibi vincunt. Victoria enim eorum, Ecclesiae triumphus ex omnibus est, dum eo haeresis contra alteram pugnat, quod in haeresi altera Ecclesiae fides damnat (nihil enim est, quod haereticis commune est): et inter haec fidem nostram, dum sibi adversantur, affirmant. Иларий Пиктавийский.

50. Переведите. Haec est gratia Novi Testamenti, quod in Vetere latuit, nec tamen figuris obumbrantibus prophetari pronuntiarique cessavit, ut intelligat anima Deum suum, et gratia Ejus renascatur illi. Haec quippe nativitas spiritualis est, ideo non ex sanguinibus, non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo. Haec etiam adoptio vocatur. Eramus enim aliquid antequam essemus filii Dei, et accepimus beneficium, ut fieremus quod non eramus sicut qui adoptatur, antequam adoptaretur nondum erat filius Ejus, a Quo adoptatur, jam tamen erat qui adoptaretur. Et ab hac generatione gratiae discernitur Ille Filius, Qui cum esset Filius Dei, venit ut fieret Filius hominis, donaretque nobis qui eramus filii hominum, filios Dei fieri. Августин Аврелий.

### 2.3 Критерии оценки

Критерии оценки текущего контроля успеваемости студентов в форме контрольных опросов.

Контрольный опрос проводится преподавателем по пройденному материалу. Примерный перечень вопросов для подготовки выдаётся учащимся предварительно. В ходе опроса преподаватель может задать любые вопросы по пройденному материалу. Устные ответы учащихся оцениваются:

- «отлично» / «5»;
- «хорошо» / «4»;
- «удовлетворительно» / «3»;
- «неудовлетворительно» / «2».

Оценка «5»: программный материал излагается последовательно, грамотно и логически стройно.

Оценка «4»: программный материал излагается последовательно, грамотно и логически стройно, имеются несущественные неточности в ответе на вопрос.

Оценка «3»: демонстрируются знания только основного материала, без деталей, допущены неточности в ответах на вопросы, нарушена последовательность в изложении материала.

Оценка «2»: не знает значительной части программного материала, допущены существенные ошибки.

Критерии оценки текущего контроля успеваемости студентов на практических занятиях (семинарах в 1 семестре):

Подготовка доклада или сообщения для семинара представляет собой самостоятельную работу студента с учебной и научной литературой и другими дидактическими материалами для решения ряда вопросов, проблем и задач на этапе подготовки. Осуществляется выступление студента в ходе самого семинара и обсуждение темы с другими учащимися. Для достижения этих целей студенту необходимо:

- самостоятельно выбрать тему дискуссии из числа предложенных преподавателем;
- изучить материалы по теме с использованием периодической, научной литературы, а также Интернет-ресурсов;
- разработать развёрнутый план-конспект обсуждения с вопросами и вариантами ответов.

Результаты работы студента оцениваются в ходе проведения практического занятия (семинара) по следующим критериям:

- «отлично» / «5»;
- «хорошо» / «4»;
- «удовлетворительно» / «3»;
- «неудовлетворительно» / «2».

Оценка «5»: в докладе или сообщении, подготовленном студентом, затронуты проблемные вопросы, у студента имеется собственное суждение, аргументированные ответы на вопросы оппонентов, демонстрируется предварительная информационная готовность к обсуждению, наблюдается грамотная и чёткая формулировка вопросов.

Оценка «4»: рассмотрены все аспекты темы, дискуссионные вопросы доклада или сообщения, однако студент не смог ответить на все поступившие вопросы.

Оценка «3»: высказано типовое суждение по вопросу, выступление носит затянутый или не аргументированный характер, не затронуты актуальные проблемы теории и практики, студент не ответил на поступившие вопросы.

Оценка «2»: не принимает участие в обсуждении, или принимает участие в обсуждении формально, собственного мнения по вопросу не высказывает, либо высказывает мнение, не отличающееся от мнения других докладчиков, при подготовке доклада или сообщения вопросы темы студентом не раскрыты, не затронуты актуальные проблемы теории и практики, дискуссионные вопросы.

Критерии оценки промежуточного контроля успеваемости студентов (экзамена в 1 семестре):

Экзамен по дисциплине проводится с целью контроля результатов систематической работы студента по освоению содержания дисциплины, уровня знаний по предмету, умения анализировать изученные материалы, навыков самостоятельной работы в профессиональной деятельности теолога. Ответы учащихся оцениваются по следующим критериям:

- «отлично» / «5»;
- «хорошо» / «4»;
- «удовлетворительно» / «3»;
- «неудовлетворительно» / «2».

Оценка «5»: материал излагается последовательно, грамотно и логически стройно.

Оценка «4»: материал излагается последовательно, грамотно и логически стройно, имеются несущественные неточности в ответе на вопрос.

Оценка «3»: демонстрируются знания только основного материала, без деталей, допущены неточности в ответах на вопросы, нарушена последовательность в изложении материала.

Оценка «2»: не знает значительной части программного материала, допущены существенные ошибки.